

**Zeitschrift:** Annalas da la Societad Retorumantscha  
**Band:** 77 (1964)

**Artikel:** Ils trastüts da Zernez  
**Autor:** [s.n.]  
**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-226722>

### **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

### **Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

### **Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

**Download PDF:** 29.09.2024

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

# Funtanas da dret rumantschas

*publichadas dad Andrea Schorta*

## Ils trastüts da Zernez

### *Preambel*

L'an 1872 devastet ün schnuaivel incendi bod l'inter cumün da Zernez. Eir il scrittüram cunservà aint il archiv d'vantet quella jada üna praja dal fö. Dals exemplars ufficials dals tschantamaints cumünals cun lur moderaziuns, agiuntas ed eliminaziuns nun ans restet oter co'l trastüt remoderà l'an 1724, scrit «in usum del honorat comün» da ravarenda Casper Jousch e publichà da Giachen Casper Muoth l'an 1898 aint illas Annalas da la Società retorumantscha, vol. 12, p. 37 ss.

Üna notizcha a pagina 10 da quaist trastüt ans disch ch'ün documaint concernent ils bavuns inseri aint il trastüt e datà da l'an 1541 saja gnü scrit «our del Trastüt velg et our del Latin miss in Ladin». Aint il trastüt latin cha nus publichain qua davo ais quaist documaint inseri a fol. 8—10 firmà dal notar Jacobus Crassus, chi disch da l'avair copchà «ab antiquo statuto». Dalander resulta dimena, cha ant las redacziuns rumantschas: almain üna dad avant il 1638, otras dal 1648, 1660, 1688, 1700, 1712, 1724 (vair Annalas 12, p. 39 s.), hajan existi il plü pac duos latinas, üna (l'ultima?) redatta tanter il 1569 ed il 1580 ed üna anteriura fatta davo il 1541, forsa neir ella la prüma.

Da la perdita dals vegls exemplars ufficials ans laschainsa consolar dal fat, chi ans sun d'vantadas cuntschaintas diversas copchas scrittas per adöver privat, copchas chi bainschi nu cuntengnan tuot las moderaziuns ed agiuntas cun data exacta, ma chi permettan tuottüna bainquantas conclusiuns regard al svilup dal trastüt cumünal ed a sia codificaziun. Id as tratta dals seguaints tschinch manuscrits:

*Manuscrit A.* Cudaschet in octav pitschen, masüra ca. 11 x 16 cm, lià originalmaing in ün toc pergamina dattada da l'an 1553 e chi tratta da las auas d'rouda sü Laschadura a Zernez. Il prezius manuscrit, uossa lià aint da nouv, ais in possess da l'editur da quaistas funtanas, chi'l survgnit da regal da sar dr. Gion Ruduolf Mohr.

El cuntain:

1. ün statut da Zernez scrit per latin. El cumainza cun l'uorden dals bavuns, «de bavonibus». Il prüm fögl chi portaiva il titul, la data e forsa eir ils noms dals legislatuors manca. Il rest dal trastüt, in tuot 63 fögls, para dad esser cumplet. Dal fât cha agiuntas posteriuras notadas a fol. 18 e fol. 62 portan la data 1580 resulta cha'l manuscrit nu po esser gnü scrit plü tard co l'an 1579 (ev. 1580). Siand cha l'«antiquum statutum» manzunà a fol. 10 dataiva ca. dal 1541, as das-cha suppuoner cha quaista redacziun datarà da ca. 1560.

2. Al statut da Zernez sguonda sün 22 fögls cun aigna numeraziun il «Statutum iurisdictionis Ardetz 1567». Dimena nu po nossa copcha esser anteriura a quaist datum. Uschè arrivainsa partind il spazi da temp tanter 1567 e 1580 per l'inter cudaschet al millaisem approximativ 1575.

Nus publicchain qua il statut da Zernez. La copcha per la stampa gnit fatta in part da l'editur, in granda part però da giunfra Ricarda Liver, Flerda/Berna, chi merita ün cordial ingrazchamaint.

*Manuscrit B.* Cudesch in octav lià in chartun, masüra ca. 13½ x 18 cm. El appartain hoz a las sours Margarita ed Irma Bezzola a Zernez. Üna notizcha sülla cuverta disch ch'el deriva da Peter Wohlwend, chi'l regalet ad Andrea Bezzola (il güdisch federal, mort l'an 1897). La paginaziun cumainza cun p. 10, 9, 10 e va fin a p. 336. Singular ais il fat cha la numeraziun sursaglia suvent 2, 4 o 6 cifras, uschè p. 1—6, 15—20, 25—28 etc. Siand cha dal text dal statut nu manca ünguotta, stuvainsa conclüder, cha'ls fögls chi mancan sajan gnüts alvats già ant co scriver il text, probabelmaing amo intant cha las archas già paginadas nun eiran amo liadas insembel. Il manuscrit cuntain

1. da p. 8 a p. 151 il trastüt da cumün da Zernez in üna copcha dal 1664. Üna confruntaziun da quaist text cun tals chi as baseschan evidaintamaing sülla redacziun da l'an 1660 (vair manuscrits C e D) muossa, cha tar quaist manuscrit B as stopcha trattar

d'üna redacziun anteriura, probabelmaing da quella da l'an 1644, a la quala ils artichels nouvs fats ils ans 1645, 1652, 1653 eiran gnüts agiunts a la fin sainza ils unir organicamaing cul text vegl, sco cha que füt il cas illa redacziun da l'an 1660. Il trastüt ans para important avuonda, per il publichar interamaing. Bliers artichels sun la traducziun exacta dal trastüt latin.

2. I sieua süllas paginas 153—336 il «Trastüd da la dretüra dimetz d'Engiadina zuot» da l'an 1628 in üna copcha fatta da «Peidar dell Non da Zarnetz» l'an 1662. Quaist important statut vain publichà in oter lö.

*Manuscrit C.* Cudesch in octav, masüra ca. 12,5 x 18 cm, lià oriundamaing in chartun, d'incuort però relià in cuverta da chüram cotschen cun ornamaint d'or (vopna d'ün cardinal). El ais possess da l'editur, chi'l survgnit da sar dr. Gion Ruduolf Mohr insembel cun la cuverta chi serviva da mappa per diversas broschüras. Il cudesch cuntain

1. üna copcha dal trastüt da Zernez tenor la redacziun dal 1660, fatta però ant il 1666, sco chi para da resultar d'üna agiunta d'oter man a pagina 160 e chi porta quaista data. La confruntaziun da quaist manuscrit C cun B ha muossà, ch'el correspuonda in materia magari exactamaing a B, ma redigia da nouv ils artichels chi han subi moderaziuns ils ans 1645, 1653 e 1655 ed otras. In plü amplifichescha o moderescha el tscherts oters artichels e manzuna sovent oters patruns da bains co quels da B. Siand cha'l text correspuonda eir formalmaing grosso modo al text dal 1724 publichà da G. C. Muoth, avainsa abstrahà da reprodüer quaistas moderaziuns in notas ed agiuntas.

2. Üna copcha dal trastüt da la drettüra d'immez (sainza il prüm fögl), a la quala as stovarà revgnir in oter lö. La copcha fatta dal medem man sco 1. eira oriundamaing ün quadern dapersai sainza paginatura, evidaintamaing scrit pür davo il 1670 e lià insembel cul statut da Zernez.

*Manuscrit D.* Cudesch lià in ün fragmoint d'ün fögl d'pergiamina, our d'ün tractat (religiös?) in scrittüra gotica. El masüra ca. 15,5 x 19 cm, ha 145 fögls numerats e cuntain

1. süls fögls 12—80 (ils fögls 1—11 mancan) ün statüt da la drettüra d'immez (Surtasna). El para dad esser copchà intuorn il 1675. Il frontispizi manca.



2. il statüt criminal da la drettüra sur Muntfallun da l'an 1663 cun aggiuntas fin a l'an 1676 (fol. 85—100); il frontispizi ais taglià oura.

3. il «trastüt da comün in Cernetz» tenor la redacziun da l'an 1660, «descrit anno 1677, die 5 Martij pro me Conr. Toutschio et familia» (fol. 103—145).

Il text da quaist stratüt ais, abstrahand da chosas ortograficas, identic cun quel dal manuscrit C. Perque nun ans referinsa a quaist manuscrit in nossa publicaziun. El ais sco B possess da las sours Margarita ed Irma Bezzola a Zernez.

*Manuscrit E.* Ün cudesch da 136 paginas dal qual la cuverta ed ils fögls 125—134 sun s-charpats davent. El masüra 16,5 x 20,5 cm ed ais possess da la Società retorumantscha. Sco proprietari antecedaint segna Jac. Giamara, Zernez, 18. Juli 1897. El nu cuntain oter co'l trastüt da cumün da Zernez tenor la redacziun da l'an 1688 copchè l'an 1699 da Jachen Barduot Clavuot.

Ün congual da quaist text cun quel dal 1724 publichà aint illas Annalas vol. 12, muossa ch'els sun, abstrahand dals noms da personas, chi cumparan aint ils registers dals bavuns, truois, sendas etc., quasi identics.

### *Remarcha finala*

Per la publicaziun dals texts chi sieuan sun observadas las normas stabilidas pels statüts già publichats. Siand cha in nos manuscrit B mancan bainquants tituls dals artichels, ils avainsa reproduets in parantesa quadra seguind al manuscrit C. Sch'els mancan eir là, avainsa reconstrui ils tituls, ans tgnand pussibelmaing vi dal text.

# Statutum communitatis Zernetz

(Scrit intuorn il 1575; titul e data mancan; v. pag. 188)

f. 1

## 1. De bauonibus

Primo bauonis unus in Rastau in prato hostiarum Dominici Griengae transque illum possunt ire prata in longitudine sita (par löng) usque ad nasadunas et pratum Giers et usque ad aquam<sup>1</sup> Spoly et ad pontem superiorem aque spoly.

Item alius bauonis in prato Conradini S[er] Jan<sup>2</sup> retro domum Conradini Mo . . .<sup>3</sup> transque illum bauonem possunt ire prata [q]uae sunt ultra collem (caunt) usque ad pratum Nütsch<sup>4</sup> Jan Gudeing.

Porro bauonis alius prope domum Joan Ser Jan<sup>5</sup> illacque transire possunt plaustr . . .<sup>6</sup> feno et pinguedine omnia prata usque ad pratum Petri Mengae<sup>7</sup> et aquae Spoly.

f. 1 v. Item omnes agri attingentes in Rastau possunt etiam hac transire, tamen quam primum poterint ad uiam co[mmu]nem pervenire.

Porro omnes agri usque ad agrum Men Daud<sup>8</sup> debent etiam ire trans bauonem Johannis Ser Jan.<sup>9</sup>

Item alius bauonis in Sax in prato Joannis Conradi<sup>10</sup> prope pontem Spoly et . . . [i]lhac<sup>11</sup> transire possunt omnia prata Sax usque ad pratum Petri Mengae.<sup>12</sup> Item agri retro Röuen inferius cantum.

Item bauonis alius prope domum Mathiae Cuntz<sup>13</sup> perquem ipsum bauonem debent ire agri supra cantum Sax. Item agri Clus (f. 2) usque ad Dotalicium et usque ad agros Caspari Ramunt.

Item bauonis alius prope turrem et hac possunt ire prata Ur-  
tasch, Raunsch et Clus agri qui uadunt in longitudine (par löng)  
cum agro Losch.

<sup>1</sup> «usque ad aquam Spoly et pontem superiorem» *corret in* usque ad pontem superiorem aquae Spoly. <sup>2</sup> Conradini Ser Jan *rimplazzà tras* dalg seingar da Retseün. <sup>3</sup> Conradini Mor *rimplazzà tras* Dumeing Jan Jachan. <sup>4</sup> Nütsch *s-chassà tras*. <sup>5</sup> Joan Ser Jan *rimplazzà tras* Baltisar Tsurletta. <sup>6</sup> *s-charpà davent a l'ur dal fögl*. <sup>7</sup> Mengae *rimplazzà tras* Dal Non. <sup>8</sup> Men Daud *rimplazzà tras* Gudeing Vatatia, *intschert!* <sup>9</sup> Ser Jan *rimplazzà tras* Baltisar. <sup>10</sup> in prato J. C. *rimplazzà tras* sperra la chia Nuott Rangistal. <sup>11</sup> *rus davent ün toc dal pled*. <sup>12</sup> Petri Mengae *rimplazzà tras* Petri dal Non. <sup>13</sup> Mathiae Cuntz *rimplazzà tras* Nuot dal Non.

Similiter et bauonis alius in Palü, ultra domum Ser Anthony de Samaden et trans illum bauonem debent ire prata Palü.

Porro bauonis alius ultra domum Conradin Mor, trans agrum Andreae Ser Erhart in Grauatscha atque ilhac transire possunt agri Grauatscha cum agris de Sass.

f. 2v. Item bauonis alius in prato longo in prato h[e]redium Cuntz Liun<sup>14</sup> et hac transire possunt prata et agri usque ad Muschnam cum agro Conradini Mor<sup>15</sup> et agro Florini Thöntoscha et agro Friderici Purga. Item agri qui attingunt Valatscham possunt etiam hac transire.

Item bauonis alius in Ayettal, trans pratum Jacobi Tschorsch, et trans eum bauonem debent ire agri et prata Ayettal et agri Zesnae interius muschnam. Item agri et prata Pley.

Item bauonis unus in prato Joannis (f. 3) Staillae in prato Molendini atque hac ire possunt prata pontis.

Item alius bauonis in Campatsch in Slola Conradini Mor<sup>16</sup> atque hac transire possunt pratum Anthony Clargae, pratum Nicolai Flura, pratum Conradi Dreæ uersus uiam.

Item bauonis alius in Campatsch per uiam ultra cantum Campatsch et hac transire possunt prata usque ad pratum quondam Sckier et prata quae uadunt per Trauers.

Porro alia prata in Campatsch uersus Mantel, minori damno ire debent (f. 3 v.) quam primum peruenire possunt ad uiam communem.

Item bauonis alius in Mulinel in prato Dotalicy, et hac ire debent omnia prata Molinel ultra uiam.

Item alius bauonis inferius pontem in Prato Joannis Dury et hac ire possunt omnia prata usque ad cantum Cull cum agro Jacobi Zonder.

Item prata agrique Cull habent uiam unam prope agrum Iudicum (mastros) trans gennam Madinas. Cum insula Anthony Buff in Cull.

f. 4 Item bauonis alius in Schfundra trans agrum Johannis Gaudency et hac ire possunt prata et agri Schfundra.

---

<sup>14</sup> Cuntz Liun *s-chassà e rimplazzà tras Lucy Cùns.*

<sup>15</sup> Conradini Mor *s-chassà e rimplazzà tras Casper Banurra.*

<sup>16</sup> Conradini Mor *s-chassà e rimplazzà tras Jacum Tschoursch.*

Item bauonis alius in Valainnas in una parte agri Joannis Pitschen Gaudency, et hac transire possunt agri Valainnas, agri Tuört, ager Josephi Marg usque ad agrum Jacobi Florini. Et agri subtus uicum, de agro Nuti Thomasy usque ad pratum Conradini Sar Jan et pratum Nutti Josch qui pungunt in agro Jacobi Zorsck. Item ager Mastrap: ager Jacobi Zors, ager Conradini Mor et ager Jacobi Valentini possunt hac transire.

f. 4 v. Item bauonis alius in Quadras trans agrum Jacobi Zuon et hac possunt transire ager quondam Petri Valentini usque agrum Jacobi Florini et ager h[er]edium Nicolai Cuntz usque ad cantum Quadras ultra agros Valainnas.

Item bauonis alius prope domum Anthony del Non, et hac transire possunt agri in longitudine sitis, cum agro Jacobi Florini.

Item bauonis alius prope domum Anthony Clau et trans illum bauonem possunt ire agri Curtins usque ad agrum Jacobi Florini. Item aly agri sub uico (f. 5) nominatim ager Men Dauid, ager Sar Casper Mor, ager Nutti Thomasy et ager Jacobi Zors habent bauonem illum.

Item bauonis alius trans pratum Dotalicy ultra ecclesiam et hac transire debent omnia prata iacentia superius Valatscha et prata cum agris Giers.

Item bauonis alius ultra domum Johannis Staillae et hac transeunt prata usque ad dotalicium et usque agrum h[er]edium Petri Sar Lucy.

Item bauonis alius in Tersols trans (f. 5 v.) pratum infantium quondam Hans Morr; et hac transire possunt pratum heredium Men del Nair et aly prati Tersols cum prato Sebastiani Saluet, non ultra.

Item bauonis alius in Terzous inter pratum Jacobi Zonder et inter pratum Joannis Nutt Leta, et hac transire possunt pratum Joannis Sar Gudaintz usque ad Aqualitsch.

Item bauonis alius in Filusa trans dotalicium et trans illum bauonem debent ire omnia prata Filusæ cum pratis et agris Caral.

f. 6 Item bauonis alius in Crischol trans pratum Annae Valainae et hac ire possunt prata Crischol.

Similiter et bauonis alius in Trafschinas in prato Jacobi Zonder in Troyo communis et hac transeunt prata Trafschinas.

Item bauonis alius in Soza uersus Zups in prato Steffani Dury,

et trans illum possunt ire prata de Zups usque ad semitam euntem in Lauinar et usque ad pratum Joannis Gudeng.

f. 6 v. Item bauonis alius in Sotza prope aqualem Serræ (resga) in summitate prati Nutt Pitschen Ser Erhart et trans illum bauonem possunt ire pratum Cuntz Liun e desendentia prata usque ad pratum Annae Dury et pratum Dominici Grienga uersus bauonem, et debent ire usque ad aqualem Serræ, et pratum Gaudency Grienga potest etiam hac transire.

Item bauonis alius in Soza noua trans pratum Anthony del Non et trans illum possunt ire prata Sozæ nouæ et prata alterius partis aqualis Serræ, nominatim pratum Dominici Barbla, (f. 7) pratum Joannis Cura et pratum Joannis del Nair et pratum h[e]redium Casper Remundi, et pratum Nutti Thomasy debent hac ire.

A rectoribus communitatis iudicatum est per iuramentum quod namque communitas debet hac prima uice pontem unam facere in summitate prati Joannis del Nair ultra aqualem resgæ, sufficientem latitudinis quatuor<sup>17</sup> pedium. Deinde autem obligata sunt prata iura habentium eundi trans ipsam pontem manutenere sine ullo damno et noxa communis. Actum die secunda mensis May anni 1563.

f. 7 v. Item bauonis alius in Soza trans pratum h[e]redium quondam Hans Mor et trans pratum Nutt Pitschen Ser Erhardi, debent ire prata usque ad aqualem Serræ et usque ad pratum Mathiæ Cuntz desendentia.

Item bauonis alius in Sotza inferius resgam in prato Petri Josch et per ipsum bauonem eunt prata inferius ipso sita. Item prata in Lauinar, Vmblin et pratum Joannis Ser Gudaintz et pratum Josch habent eundem bauonem, reservando tamen instrumentum inter Josch et Joannem Ser Gudaintz, suo in ualore permanere debet.

f. 8. Item alius bauonis in ima ponte Sotzæ in prato Joannis Gaudency et per ipsum bauonem debent ire prata adiacentia ei bauoni.

Item bauonis alius in Lauinar in prato Joannis Gaudency et tenentur ire trans troyum comunem.

Item prata agrique in Prasitz superiori habent bauonem unum prout semper usi sunt.

Porro bauonis alius in Prasitz inferiori trans pratum Joannis Vrsy et hac ire debent agri in longitudine siti, pratum Michaelis Veng et ager Nicolai Steuan.

<sup>17</sup> *s-chassà e rimplazzà dal medem man tras octo.*



f. 8 v. Item bauonis alius in Prasitz inferiori in agro Dotalicy et per ipsum bauonem eunt agri euntes in longitudine attingentes in Buschkettas ab aqua Oeni usque ad agrum Joannis Valainae.

In nomine domini amen. Anno autem natalis Christi 1541 indictione 14 die 12 mensis aprilis. Cum pro tribunali sederet loco iuris Fridericus Purga conuicus communis Zernetz cum causidicis Jacobo del Nair, Florino Thönthoscha, Domenico Entz, Nuott Zanet, comparuere omnes uicini habentes prata in Camps, uidelicet a prato Nutti Baschatta et Joannis Cura usque ad pontem Eni, propter namque differentiam eorum bauonis. (f. 9). Cum ergo ius utramque partem audysset fuissetque in loco litis, sic iuramento sententia est lata: Primo posuerunt bauonem unum in Camps super agrum Jacobi Zors et Joannis Remundi dimidiatim. Et trans illum bauonem debent ire omnes illi agri adherentes. Similiter et omnia prata usque ad pratum Nutti Baschatta et Joannis Cora, tempore namque quo hi duo agri sunt sine fruge. Quando autem sunt onerati fruge, hinc debent omnia prata quae jacent extra pratum Joannis Petri Anthony Flandrinæ et Caterinæ Grass uersus pontem Eni habere eorum bauonem, tanquam ad defrugandum eorum prata trans pratum Lucy Banurae et pratum h([e]redium Nütsch dimidiatim. Extra autem pratum Joannis Conradi bauonem debent habere (f. 9 v.) trans pratum heredium Joannis Vrsy. Iudicatum præterea est quod Jacobus Zorsch et Joannes Remundi debeant semper unusquisque suum annum autumnali siligine alterum agrum non onerare uel arare. Porro indicauerunt quod omnia alia prata iacentia interius pratum Joannis Petri Anthony Flandrinae et Caterinae Grass descendendo recta (a fill) usque ad aquam Eni una cum his prænominatis pratis et usque ad pratum Joannis Cura et Nutti Baschatta eorum bauonem habeant trans pratum h[e]redium Joannis Vrsy. Vltimo iudicatum est quod quicumque aperuerit ipsos bauones (uidelicet Joannis Vrsy et Lucy Banurae) nec denuo clauerit, (f. 10) ille ruit quociuscumque transgressus fuerit patrono bauonis plapardos quinque. — Actum Zernetz praesentibus praefatis iudicantibus.

Et ego Jacobus Crassus publicus s. imperiali auctoritate notarius praesens instrumentum scripsi rogatus, ab antiquo statuto uerbum nec addidi nec ademi.



Item bauonis alius in Camps trans pratum Anthony Flandrinae et per ipsum bauonem debent ire omnia prata a sarlonibus exeundo usque ad pratum Jacobi Zors exterius.

Item bauonis alius in Camps trans pratum Jacobi Zors interius et trans ipsum (f. 10 v.) pratum eunt omnia alia prata in Camps uersus Crucem.

Item bauonis alius in Quadratscha trans pratum Petri Mengae perque ipsum bauonem debent ire omnia prata Bungaidas ad ducendum fimum vel stercus. Cum feno autem ire debent usque ad pratum Jacobi Zors. Item omnia alia prata vel sailgas usque ad aqualem communem recta mensurando per mediam vallem Valanzun descendendo (in igu) bauonem habent trans pratum Leonis Valentini.

Item alia prata interius Valanzun et Presurae prata Crucis bauonem habent trans pratum Mathiae Cuntz.

f. 11. Item bauonis alius in Puntailgas trans pratum Joannis Dury, et per ipsum bauonem debent ire omnia prata Puntailgas, reservato prato Joannis Staillae et prato Jacobi Zonder; tangentes in via publica debent ire in stratam communem.

Item a Puntailgas usque ad aquam Barlasck omnia bona quamprimum poterint in uiam communem uenire tenentur id facere. Quique transgressus fuerit puniatur quinque plapardis qui dentur ei cui damnum fit.

Item bauonis alius in Braiel prope ecclesiam D. Thomae et trans illum bauonem debet ire omnia bona usque ad bonum (f. 11 v.) Tumasy Muretzket et usque ad aquam Pontis alti. Item bonum Muretzket potest etiam uti eo bauone. Item bauonis alius Braiel prope horreum Zain et trans bauonem illum debent ire prata a frontibus inferioribus descendendo (in igüo).

Item bauonis alius in Braiel trans pratum Alberti Ness et per ipsum bauonem debent ire omnia prata a bono Muretzket exeundo usque ad Muschnus. Item bonum Nicolai Dlielscha ultra uiam potest similiter uti eo bauone. Inferius autem uiam tenetur idem Clau Dlielscha uenire ad uiam communem, minori damno.

f. 12 Item Bauonis alius in Ardönt sura in prato Bartholomei Gikilga et trans illum bauonem debent ire bona quae pertinent sub tus uiam Muschnus a spico Barlasck.

Item bauonis alius in Barlasck trans pratum Thomæ Koch<sup>18</sup> et per ipsum bauonem debent ire omnia prata quae iacent in valle Barlasck interius aquam.

Item bauonis alius in Prato magno ac per ipsum bauonem debent ire omnia prata que pertinent in Braiel extra vallem Barlasck.

Item bauonis alius in Braiel in bono (f. 12 v.) Petri Zappa prope domum suam et trans bauonem illum debent ire pratum Jacobi Zappa quod fuit Nutti Erhardi, iacens ultra domum Thomasy Muretzket. Et ille bauonis sententiatus et iudicatus est per iuramentum uirorum proborum, uidelicet Nicolai Ser Jan, Dominici Barbla, Joannes Nut Leta et Joannes Vrschletta cum fuerint in loco litis.

Item Bauones in Braiel prope ecclesiam D. Thomae cum omnibus eorum iuribus.

Similiter et bauonis ille prope domum infantium Nes ultra viam.

## 2. *Appendix de bauonibus*

Ordinatum est quod quando uicini uniti uel conuenti fuerint (f. 13) ad metendum uel secandum, hinc omnes bauones debent aperiri, quod si aliqui noluerint secare, hinc uicinus qui oportet transire potest unam uiam facere (camuâd) et facere unum cumulum (zocka), idque in pratis cultis (grassa). In pratis autem incultis non possunt facere usque ad Callendas Augusti.

## 3. *Bauones non deuiandi*

Constitutum ordinatumue est a rectoribus conis (legia: communis) anno Domini 1549 voluntate et consilio omnium vicinorum. Quod namque omnes bauones qui scripti sunt in Statuto communis debent esse aperti, nullusque debeat ipsos impedire. Quaecumque autem persona fuerit quae bauonem (f. 13 v.) clauderet quacumque tandem ante id fieret uel agros fecerit, domumue aliquam fabricauerit, fiat id sine ullo damno vicinorum habentium iura in ipso bauone, similiter et sine ullo damno tocius communitatis; quodsi expensae aliquae fierent ea de caussa, hinc cogitur ille omnia exoluere.

Quicumque autem articulum hunc transgressus fuerit, ille puniatur decem marcis, nihilominus soluendo omnes expensas.

---

<sup>18</sup> Thomae Koch *s-chassà e rimplazzà* tras Tumasin.

#### 4. *De semitis*

Item semita una ad pontem Spoly usque domum Josephi Marg. Et incipit in agro Losch usque retro turrem Ser Alberti et (f. 14) domum Pieucka procedendo usque ad pratum Spinatsch.

Item semita una in Terzous incipiendo ad domum Anthony Clo usque ad agrum Jacobi Zonder, assendendo in Terzous, quae semita ad uiam communem perueniat in bauone prati Schdratz et Joannis Nutt Leta.

Item semita alia subtus pontem Spoly eundo usque ad pontem Eni.

Item semita alia in Camps incipiendo ad pontem Oeni usque ad pratum Nutti Baschatta et ibi ad uiam communem ibit. Et haec semita iudicata est per iuramentum (f. 14 v.) proborum uirorum, nominatim Joanniss Pitschen Gaudency, Florini Thönthoscha et Jacobi del Nair, electi a communitate.

#### 5. *Aliae prohibentur semitae*

Ordinatum est quod hae ipsae semitae quae hic sunt scriptae, possunt ita permanere nec quisque alius possit nec ualeat aliam incipere. Quicumque uero praetergressus fuerit incipiendo namque nouam aliquis semitam, ille puniatur quatuor crucer, et ille qui bonum illum habet potest exigere ab eo qui nouam semitam incipit.

#### 6. *De troijs*

Item troyum unum in Prasitz superiori (f. 15) inter pratum Josch et bonum Jacobi Leta.

Item troyum unum in Giers prout terminatum est, eundo in costam Aiettal.

Item troium unum inter bonum Johannis Pitschen Gaudentij, et h[e]redes Petri Manaistra.

Item troium unum in Vlusiai, et inter prata.

Item troium unum in Casalitschs cum suis iuribus.

### 7. Troij non impediendi

Constitutum est quod nullus debeat impedire uias, troios uaccarum uel boum, et qui transgressus fuerit punietur decem plapardis, nihilominus tamen refacere.

(f. 15 v. e f. 16 sun vöds.)

f. 16 v.

### 8. Electio sex uirorum tersalium

Constitutum est, quod namque communitas semper auctoritatem habeat eligendi convicos iuratoresque communis, sicque casum est, ut omnes tersales die festo D. Martini conveniant, ac uirum unum eligant uel decernant, ad eligendum ius communitatis, iuxta generationes uel tribus communiter, ita ut quaeque partem suam habeat. Et quando convici ex tribus tersalibus paruis sunt electi, tunc anno sequenti, eligentur e tribus aliis: sicque teneatur ordo.

### 9. Sex uirorum auctoritas et quo pacto conuici et iuratores eligendi

f. 17 Constitutum est, quod sex illi uiri qui eliguntur a tertialibus die festo D. Martini, ad eligendum couicos et iuratores communis, non debeant se eligere nec couicos nec iuratores. Similiter nec fratres, filiosue fratris sororios (quinads) neque sobrinos (cusdrintz).

Item iidem sex uiri auctoritatem habent eligendi aerarii magistrum: terminatores, preciatores uini, aestimatores damnorum, multatores (muntadurs), procuratores communis (crappadurs), seruitorem communis debet esse ac manere annos 2 in quo libet Tertiale incipiendo anni octavi. Tertialis Uiatzura incipet. Eat in ordine tertialium (eyat). Taurum abtinet de palis in alpe Buffaloura.<sup>19</sup>

### 10. Magistri aerarii officium

Item statutum est, quod magister aerarii obligatus sit accipere omnia ea quae a communitate debent recipi. Similiter et exponere (f. 17 v.) apposita caussa, cur uel quam ob rem exposuerit vel a quo imbursauerit.

<sup>19</sup> Da seruitorem fin Buffaloura agiunt dad oter man.

### 11. *Conuicorum merces*

Statutum est, quod conuici obligati sunt laborare, in omnibus factis, et necessitudinibus communitatis. Reseruatum tamen quando itur ad uias die festo D. Margarethae.

Similiter ordinatum est, quod namque conuici nullam aliam solutionem habere debeant nullasque expensas reservato prandio (past) quando ratio datur a conuicis, et sex illi uiri tersalium obligati sunt conuicis iuramentum dare haec ita conseruare.

#### f. 18.            12. *Quando conuici rationem dare debeant*

Constitutum est, quod conuici rationem dare debent omni anno, prima diei festo, subsequente festum diem D. Martini. Si autem eo in die rationem non dederint, tunc sex tersalium uiri possunt a singulo conuico exigere florenum unum.

Anno 80 die ac festo D. Martini constitutum a sex tersalium uiris quod proximo adventu festi D. Martini futuri auspicietur<sup>20</sup> tersalis de Platz eligere aut sorte suum uirum siue voce, et sic de inceptus ille ordo iuxta rotam communis procedat eligendo.<sup>20b</sup>

f. 19.

#### 13. *Conuici sine aerarij magistro nihil agant, quantum in subducendis rationibus*

Constitutum simulque vetitum est quod conuici sine magistro aerarij nihil imbursare debent, nec etiam rationem subducere cum debentibus uel soluentibus, sine illius praesentia.

### 14. *Sex uirorum solucio*<sup>21</sup>

Ordinatum est quod sex illi tersalium uiri, eligentes communitatis rectores, ullam aliam solutionem uel expensas ullas per uniuersum annum, caussa communitatis.

---

<sup>20</sup> *sur* auspicietur *ais scrit* cumeintza.

<sup>20b</sup> *Da* Anno *fin* eligendo *agiunt* *dad* *oter* *man*.

<sup>21</sup> *Quaist* *inter* *artichel* *ais* *s-chassà*.

f. 19 v.

*15. Poena transgressorum statuti*

Sancitum est, si quando aliquis iuramentum communitatis habens, non omnia et in omnibus servaverit prout scriptum est, tunc ille privetur, deponaturque ab officio suo.

f. 20

*16. Juridicorum solucio*

Constitutum simulque ordinatum est quod namque iuratores communitatis debeant habere pro una sententia in loco, si uno die definire possunt, crucifer unum pro iuratore. Et quando vadunt uel eunt e loco in circulo tunc habebunt crucer duos pro iuratore. Item si non possunt in illo die definire, tunc debent habere (ut supra). Conuicus autem semper habebit sex firetos et non ultra.

Quodsi iuerint e circulo Zernetz, tunc debent habere pro sententia una finitiua crucer quatuor pro iuratore, si possunt in illo die definire. Si autem uno die non poterint expedire, et die secundo non e loco proficiscuntur, tunc pro eo die quo (f. 20 v.) non e loco eunt debent habere crucer unum pro iuratore. Si autem e circulo profecti fuerint, tunc habent crucer quatuor ut supra.

Quodsi iuridici boniti fuerint eundi alicui in domum vel faciendi soluere, nec tamen iuerint, tunc debent habere in solutionem crucer unum. Si autem alicui ad domum iuerint, tunc habebunt solutionem duplicem.

*17. Terminatorum solucio*

Statutum est quod terminatores communitatis debent habere in circulo firetos tres pro terminatore, pro uno termino. Si uero plures terminos (f. 21) posuerint, debent habere duos firetos pro terminatore, pro termino. De Puntailgas usque ad aquam Clusae, Crastatscha Mulgarainga, Laschadura, et in Clüs debent habere duos crucer pro terminatore, pro primo termino. Item si plures posuerint terminos, tunc unusquisque terminator habet firetos duos pro termino uno. Quodsi plures uno termino posuerint tunc in omnibus illis locis debet solucio illa de illo primo termino diuidi inter omnes.

Ab aqua autem de Clüsa usque ad aquam Pontis alti debet unusquisque terminator habere pro termino uno crucer quatuor. Quodsi plures uno posuerint, hinc unusquisque habebit pro (f. 21 v.) termino



uno duos firetos. Et si plures uno termino posuerint, tunc debent etiam diuidere ut supra.

*18. Juridicorum et terminatorum statutum seruare nolentium poena*

Ordinatum est, quodsi couici, iuratores, vel terminatores, maiorem solutionem acceperint, quam scriptum est in statuto communis, vel si etiam partes litigantes iure plus dederint, tunc unaqueque persona multetur floreno uno, a sex tersalium uiris, et dicta multa erit co[mmu]nitatis.

f. 22. *19. Officium disalcatorum*

Constitutum est quod disalcatores teneantur ea quae possibilia sunt a communi (cuminauel), sine ulla gratia. Quae autem possibilia non sunt, tunc disalcatores tenentur notarium accipere, et per iuramentum inscribere et imponere censum calcatoribus; qui census pertinet communitati, et ab exactore communis debet exigi donec fuerit redimitus. Quodsi disalcatores usque ad diem festum D. Michaelis non fecerint disalcare, hinc sex tersalium uiri possunt disalcatores plectere tribus marcis.

f. 22 v.

*20. Nemini gratia danda coram communitatem venire*

Ordinatum est, quod conuici nemini gratiam debent dare coram communitatem uenire si quis namque uellet emere calcem, carbones, ligna, asses. Et si conuici promiserint uenire, nec seruauerint ut supra scriptum est, tunc sex tersalium uiri possunt conuicos mulctare tribus marcis, quae poena sit co[mmu]nitatis.

*21. Conuici sine scito iuratorum et communitatis nihil agere debent*

f. 23 Statutum est quod conuici nulla puncta nullosque articulos novos agere uel facere debent, sine scientia et voluntate et scientia rectorum communitatis et etiam commune. Similiter nec ullos mercatores, si autem conuici hoc non seruauerint, hinc sex tersalium uiri possunt conuicos punire tribus marcis.

## 22. *Similiter de conuicis et terminatoribus*

Ordinatum est, quod conuici et terminatores ullum comminauel uendere nec ullam permutationem facere debent [sine] (f. 23 v.) uoluntate communis. Si autem non seruauerint, hinc sex tersalium uiri possunt conuicos multare tribus marcis. Similiter et terminatores.

## 23. *Exactor communitatis*

Ordinatum est, quod exactor communitatis teneatur exigere omnes ecclesiarum census. Item reliqua omnia quae communitas habet exigenda. Porro omnes poenas et multas pertinentes communitati, quorum omnium die festo D. Martini rationem dare debet aperte.

## f. 24                    24. *Solucio aestimatorum damnorum*

Constitutum est quod aestimatores damnorum habeant in circulo crucer unum<sup>22</sup> pro aestimatore. Et e circulo crucer duos<sup>23</sup> pro aestimatore. Quando aestimatores in unum locum eunt ad aestimandum, si plures estimationes fiunt non plus praemi accipiunt quam ordinatum in aestimaturas.<sup>23α</sup>

## 25. *Seruitoris solucio*

Item seruitor communis nullam aliam solutionem habere debet, quam labores communis et uigilare.

## 26. *Conuici sint unius sensus, et dissentiens punietur*

Constitutum est, si aliquando opus (f. 24 v.) fuerit caussa communitatis aliquid agendi et si duo conuici unius forent sensus, alter autem noluerit consentire cum illis, tunc duo illi conuici debent alterum multare duobus florenis: quodsi conuici non fecerint, hinc aduocati alpium debent castigare conuicos pro duobus florenis.

---

<sup>22</sup> *s-chassà e rimplazzà tras duos.*

<sup>23</sup> *s-chassà e rimplazzà tras quatuor.*

<sup>23α</sup> *da Quando fin aestimaturas agiunt dad oter man.*

27. *Vaccarum cornua absindentur*

Constitutum est, quod omnes vicini obligati sunt abscindere cornua vaccarum tempore ueris, iuxta signum uel bullam a commune factam. Quodsi quis non absinderit, et quod propterea damnum aliquod fieret, tunc ille qui non absidit iuxta signum factum, tenetur exoluere damnum factum (f. 25). Et couici etiam possunt immorigerum multare decem plapardis.

28. *Poena mouentium seditiones in excipiendis  
uocibus vicinorum in foro publico*

Sancitum est: si quando consilium fit a vicinis in foro, tunc unusquisque in loco suo debet sedere, et unusquisque (rogatus a conuicis) uocem suam dare debet, nullusque alterum impedire debet uel contradicere. [N]ullam similiter excitare debet seditionem; quodsi quis transgreditur, ille punietur floreno uno. Si autem quis seditiones aliquas excitauerit, et in his (f. 25 v.) seditionibus damnum aliquod fieret, uel securationes, tunc inceptor omnia damna eleuare debet.

29. *Pulsata campana consily, quisque adesse debet*

Constitutum est: quando campana pulsatur ad consilium, tunc unusquisque adesse debet, si namque in pago, uel circulo fuerit: et quod audiuerit, quodsi quis non accesserit, ille punietur quinque plapardis.

30. *Conuici non eligentur in dies communitatum*

Ordinatum est quod conuici se non debent eligere supra ullos dies communitatum.

f. 26      31. *Poena nolentium uocem dare suam in foro*

Sancitum est, si quando suscipiuntur uoces per conuicos a vicinis, ob necessitatem communis, hinc unusquisque uocem suam dare debet, suoque in loco sedere, prout sibi placuerit, quique non fecerit, ille punietur quinque marcis.

### 32. *Idem de eodem*

Constitutum quandocumque voces a vicinis sussipiuntur ob necessitudinem communitatis, quodque unus aut plures conentur adire aliquem, atque fecerint ipsum (f. 26 v.) iuxta ipsorum uoluntatem uocem dare, tunc illi ipsi multentur quinque marcis a communitate quociuscumque sic contrafecerint.

### 33. *Similiter de uocibus*

Ordinatum est quod quando uoces sussipiuntur a vicinis, hinc unusquisque uoce semel data contentus sit, nec denuo mutare, uerum sic permanere debet. Nullusque contra communitatem esse debet, nec dictis nec factis, quique non seruauerit ille multetur statim a conuicis quinque marcis, omniaque damna et expensas, si iure fuerit actum, communitatis eleuare, quae pena sit peraquisita.

f. 27 manca.

f. 28 34. *Qui non debeant eligi in communi, iuratoresque*

Sancitum est a communitate quod nanque sex illi uiri a tersalibus electi, non debent iuridicos solucionis et statuti, in conuicos et iuridicos communis eligere.

### 35. *Minor pars sequetur maiorem*

Statutum est, quando communitas aliquid locat aut statuit, tunc minor pars sequi tenetur maiorem.

### 36. *Poena accipientium alicui aquam ex ordine*

f. 28 v. Constitutum est: si quis alicui partem alterius aquae ex ordine acceperit, ille ruit ei cui acceperit plapardos decem. Et si damna aliqua fierent ipsius de caussa, tunc rogatur ille transgressor omnia expedire. Et fides est habenda ei cui aqua accipitur, si namque iuramento compleverit solvendo damna et expensas omnes iuridice factas.

37. *Aduocatorum aqueductilium uel cannarum officium*

Statutum est, quod conuici teneantur aduocatos omnium cannarum eligere die festo D. Georgy. Ipsique advocati tenentur omnes aquas in ordinem redigere. Obligati sunt praeterea ipsi aduocati aquas (f. 29) educere in pratis die Callendarum May. Si autem aduocati aquarum id non egerint, hinc conuici possunt aduocatos multare plapardis decem. Quodsi quis noluerit aduocatos adiutare aquam educere, hinc aduocati famulum unum conducere possunt loco ipsius immorigeri, et ille cogitur tunc omnia soluere et expedire.

38. *Aquales sufficientes*

Constitutum est quod omnes aquales in Zernetz et Braiel sint sufficienter a patronis bonorum effecti purgatique. Qui autem hoc non fecerit, ille ab advocatis castigetur plapardis quinque. Similiter et inter vicinorum bona sint perfecti sub pena iam citata.

f. 29 v.

39. *Pratorum diuisiones*

Ordinatum est si quis voluerit diuisionem unam facere inter suum alterius vicini bonum, hinc est obligatus vicinum auisare. Si vero uicinus noluerit venire, hinc potest diuisionem facere rectam (a fill).

40. *Regula rigantibus praescripta*

Statutum est quod si quis rigat habens aquam ordinis in die, hinc non habeat ultra quinque buclas apertas. Nocte autem debet coequare optima forma, ne quis damnum accipiat. Et si hoc non fuerit seruatum, hinc potest ille qui damnum accipit a transgressore exigere plapardos quinque.

f. 30

41. *Leuadae viarum*

Constitutum est, si quis leuadam aliquem fecerit inhonestam, hinc muntadurs possunt pro omni levada exigere plapardos quinque.

Similiter ordinatum est, si quis alicui suam leuadam acceperit vel denique pinguedinem, aut aquam, ille tunc ruit plapardos quinque. Cuique damnum fit potest exigere.

#### *42. De sarlonibus*

Statutum est, si quis uoluerit sarlones facere, ille potest facere altitudinis genuum et non impediende bavones aut ingressus (intradias).

#### *43. Quo pacto runandum et de rotis ferreis*

f. 30 v. Ordinatum est quod omnes vicini debeant runare quoad poterint. Si vero contigerit quod non possint runare amplius in loco aliquo, et opus fuerit servandi in loco quodam non longo: hinc potest seruare, soluendo tamen pro qualibet rota lignea quatuor firetos, demptum tamen si quis iura habuerit.

#### *44. Rotae ferreae*

Item nullus debet serrare rotis ferreis quod si quis serrauerit, tenetur dare pro singula rota plapardum unum et est per adquisitio.

#### *45. De ysdem rotis*

Similiter, nullus est obligatus fimare (f. 31) prata, nec in autumno, nec vere nouo<sup>23b</sup> rotis ferreis, et quicumque fecerit puniatur pro singula rota singulisque uicibus plapardo uno et est per adquisitio.

#### *46. Messis quo tempore introducenda*

Statutum est, quod nullus debeat hordeum siliginemque ante pulsum matutinum et post pulsum vespertinum ducere; quodsi quis non seruauerit, hinc muntaduors possunt ab illo exigere plapardos quinque pro quolibet plaustro.

---

<sup>23b</sup> nouo agiunt dad oter man.



47. *Terra agrorum quo pacto trahenda*

f. 31 v. Statutum est si qui habuerint agros quorum extremitates (aschidas) forent aequales, tunc si alter uoluerit terram trahere infra terminos suos, potest, auisando tamen contrapartem, trahendo tamen aequali mensura.

48. *Vassicula vini notentur bulla*

Constitutum est quod conuici teneantur omni anno vassicula vini bullare. Et omnia vassicula parua prohibebuntur amoueanturque.

49. *Librae et sextarii iustificentur et ulnae*

Ordinatum est quod quicumque habuerit libras (stateras), sextarios (stera) et ulnas panni, debeant iustificare (scumar). (f. 32). Et qui non fecerit, ille punietur quinque plapardis semperque obedire; idque fiat omni anno.

50. *Solae cory*

Item statutum est, quod quicumque uendiderint solas, ydem illi tenentur eas metiri iuxta statutum constitutionesque totius iurisdictionis.

51. *Dies festi santificentur*

Constitutum est quod ullus debeat iungere bouem illius, uel pecus, diebus dominicis et diebus festis, et nusquam domo sua festis diebus exire suo iumento. Quodsi quis praetergreditur ille puniatur a muntadurs decem plapardis.

f. 32 v. 52. *Nullus alterius herbam plaustro corrumpat*

Constitutum est si quis plaustro trans herbam alterius iuerit, ille ei cui damnum fit ruit plapardos quinque.

53. *Salientes non debent corrumpi*

Ordinatum est quod nemo debeat salientibus damnum inferre, lignis, aquis aliisque rebus. Quique transgreditur, puniatur ab illo qui salientes (büschans) habet quinque plapardis.

#### 54. *Agri quo pacto colendi*

Sancitum est quod quicumque uoluerit (f. 33) agrum suum colere quodque alii agri forent fructificati (früetz), hinc ille tenetur colere trans alios agros incultos i. e. sine fruge.

Possunt et trans cultos ire si alio non postet. Solvendo damna per conscientiam iuris aut aliorum proborum uirorum.<sup>24</sup>

#### 55. *Idem de agris*

Constitutum est, quod namque tempore messis quando colligitur messis nullus debet alterius agro damnum inferre, cuius fructus nondum foret maturus.

Nullus item debet curru plaustroue trans aratos agros ire, qui- que transgreditur puniatur consientia iuris.

#### 56. *Agri quo pacto arandi*

f. 33 v. Ordinatum est, quod quicumque arant debeant arare an- throrsum (davaunt sü), si alii agri forent arati.

#### 57. *Idem de aratura*

Vetitum similiter est, quod nullus debeat arare rethrorsum (davo sü), qui- que transgreditur puniatur quinque plapardis. Vicinusque illius agri potest exigere, et est peraquisitio.

#### 58. *Termini agrorum*

Statutum est, quod nullus debeat arare nec fodere prope termi- num, mensura communi unius pedis, et si quis fecerit, tunc vicinus (f. 34) illius agri potest cum illo iure agere, et ab illo exigere pla- pardos quinque.

#### 59. *Termini pratorum*

Simili modo ordinatum est etiam de terminis pratorum: quod namque nullus debeat aquales facere prope terminos, mensura et multa supra dicta.

---

<sup>24</sup> *da* possunt *fin* uirorum *agiunt plü tard.*

### 60. *Pestilentiae tempus peccudumue morbi*

Constitutum est, si quando (quod auertat deus) ingrueret pestis, uel pecudum morbus, tunc ille ubi inciperet debet ire in confinibus a vicinis ordinatis; quodsi ille noluerit obedire, hinc ille (f. 34 v.) multetur Quinque marcis, quociescumque noluerit obedire in dissendendo. Nihilominus tamen obedire debet, ac ire quo vicini ipsum collocant. Si uero ille opus habuerit aliquibus rebus, uel expensis, hinc uicini coguntur ipsum adiuuare illius indigentis rebus.

### 61. *Idem de peccudum morbo*

Constitutum, si quando aliquis uaccas suas ad caseum dederit, et quod periculum uel suspectum foret alicuius morbi, hinc ille suis vaccis non debet uenire in confinibus Zernetz sine uoluntate communitatis. Quique hoc non seruauerit, hinc conuici ab illo exigere possunt marcam unam sine mora.

### 62. *Similiter de morbo*

f. 35 Ordinatum est, quod si quis uicinus suo iumento e iurisdictione iuerit uel denique e finibus Zernetz, quod suspectum foret alicuius morbi, tunc cum reuertitur libertatem accipere eo ipso die suae reuersionis quidque de locis suspectis sciat.

### 63. *Tempore niuis quisque alterius bonum potest transire*

Statutum est, quod tempore hiemis (si namque nix fuerit) unusquisque per alterius bonum possit ire, in ducendis lignis, aut stercoreibus, absque impedimento alicuius personae: siquidem eo tempore, quo nulla damna fiunt aliorum bonis.

### 64. *Pro summa unius floreni<sup>25</sup> non retrahendum ad ius solucionis*

f. 35 v. Constitutum est quod nullus debeat pro summa unius floreni<sup>26</sup> et infra a iure communitatis retrahere ad ius solucionis, qui que hoc fecerit hinc conuici ab illo exigere possunt plapardos decem sine mora.

<sup>25</sup> *s-chassà e rimplazzà tras rhenensis.*

<sup>26</sup> *s-chassà e rimplazzà tras rhenensis.*

65. *Idoneae sepes prope viam publicam*

Ordinatum est, quod quicumque habuerint bona uel fundos prope viam publicam uel stratam, illi debent facere sepem bonam, si autem non fiat, quodque uicinus illius boni damnum pateretur, hinc cogitur ille damnum avertere solvereque. Vicinus potest illum iure cogere ut sepem sufficientem faciat.

66. *Viarum sylvarumque cautiones (muntas)*

f. 36 Constitutum est, quod nullus debet absindere ullam plantam a Valle Verda uersus Zernez usque ad Vallem Traunter Moza; quod si quis laberetur, hinc ille punietur pro qualibet planta marca una. Reseruatum tamen, si quis indiguerit, pro sua namque necessitate, hinc semper arbitrio communis relictum est.

Vetitum est similiter, ne quis ulla ligna accipiat ultra viam a ponte Pungascka usque ad resgam Cuntzy Schdratz. Quique transgressus fuerit, ille multetur pro singula planta marca una. Ex ipsa multa habent muntadurs crucer quatuor; reliquum erit communis. f. 36 v. Simili modo prohibitum est, a Serra Molendinorum, Cuuel et Laschadura usque ad Crucem versus Fuldera, ultra et infra viam, mensura octo ulnarum (Zinquaismas); quique sumpserit ille pro singula planta castigetur tantum una veronense.

Prohibitum praeterea est, ne quis tendat lepores ac ullas plantas abscindat, a rupe Platta Petta (Krap) usque ad Vallem Gondas. Item a via Terzous et via Vallatsche assendendo et a summo Lavinaris Buschker dessendendo; quique transgressus fuerit, punietur pro singula planta decem<sup>27</sup> plapardis et conuici possunt exigere.

f. 37            67. *Tendiculae et clausurae prohibentur*

Prohibitum est ne quis faciat ullas tendiculas (fallas), neque clausuras (cloters) tempore quo mobilia pasculantur, quique praeterlabitur multetur quinque plapardis, et conuici et muntadurs possunt exigere in uys et prope pontes.

---

<sup>27</sup> decem plapardis ais s-chassà e rimplazzà tras floreno uno.

### 68. *Equi in damno reperti*

Constitutum est, si quis equum in damno repererit tempore noctis, multetur crucer 32. Interdiu autem si reperiretur ruit crucer 16.

Item diebus festis debent agi pastore, nec permanere infra saxa, quodsi reperirentur (f. 37 v.) damna facere, hinc coguntur damna deponere.

Porro si quis equum tenere voluerit, ille potest, sed tamen pastore uno. Nocte autem obligatus est ipsum pernoctare domi suae, prout et aly vicinorum boues.

### 69. *Equi mercaturae prohibiti*

Constitutum est quod nullus debeat equos mercaturae tenere in pascuo communi. Quique non servaverit ruit rhenensem unum, et conuici possunt exigere.

Quicumque habuerit equum, eo laborans labores graues leuesque, ille potest eum seruare, sin minus laborauerit (ut supra) prohibitur a commune pascuo.

### f. 38                      70. *De pecudibus in damno repertis*

Constitutum est quod omnia pecora (muvailgha) ducantur pastore. Si autem pastor aliquis in damno fuerit repertus, ille ruit muntadurs plapardos quinque. Reseruatum tamen damna boni, potest ille qui damnum recipit exigere.

Similiter ordinatum est, si mobilia alicuius pastoris publici (da cumün) a monte discurrerint, damnumque alicui facerent, hinc optionem habet patronus boni, exigendi a pastore plapardos quinque uel facere damnum aestimare.

f. 38 v. Vaccae in damno repertae sine pastore ruunt quaelibet firetos quatuor.

Mobilia alia parua duos firet[os] pro capite.

### 71. *De porcis*

Item porci sine duobus annulis ire non debent (nisi fuerint porcelli), quique non habuerint duos annulos, illi quociuscumque fuerint reperti multentur duobus cruceris.<sup>28</sup>

<sup>28</sup> duobus *s-chassà e rimplazzà* tras 3.



Ordinatum est: siquando aliqua aestimatio fit alicuius damni facti quopiam in prato vel in agro, hinc factores damni possunt damnum factum denuo re aestimare i. e. revisere, vulgariter far surwaeir.

Item qui aestimatores ducere vult, commune faceat eum cui ducere vult; quod si non faceret nil dare tenetur.

Item si aestimatio esset 8 crucer aut minus, is qui duxit aestimatores met (?) soluat premium aestimatorum et pretium aestimatum perdat.

Item circa estimaturas constitutum est, quando fruges secate fuerint aestimate, vel lignis corruptae ne revisente (?) vice, vel etiam suibus porcisque corriptae ne revisente (?), et item singulae aestimaturae sunt per acque sita.

f. 39 v. ais vöd.

Ordinatum est, quod nulla peccora mercaturæ in communitate debeant teneri, qui autem fecerit ille multetur rhenense uno, quodsi conuici transgressores non multauerint, tunc sex illi tersalium uiri debent conuicos multare pro rhenense uno quociuscumque transgressi fuerint, et haec multa erit communis.

#### 74. *Mortua peccora quo ducantur*

Constitutum, si quando morerentur aliqua peccora, hinc mortua illa peccuda ducantur in aquis. Quique hoc non fecerit ille multetur marca una, quae poena sit communis.

Constitutum est, quod boves debeant duci in monte boum, aut quo fuerint ordinati, diebus festis, nullusque debet seruare aut ducere inter bona vicinorum. Quique non seruauerit ruit crucer quatuor. Reseruatum tamen si quis habuerit claudum uel languidum bouem, quando arant in autumnno, pro uno namque die, uel festo uno, possunt tenere, sed tamen ducere ultra Saxa. Item si molinatores indiguerint, in arbitrio co[mmu]nitatis semper stat ac permanet.



### 76. *Idem de bouibus*

f. 41 Item boues<sup>29</sup> interdiu reperti in damno ruit crucer octo. Nocte uero repertus ruit crucer sedecim.

### 77. *Viae non rumpantur*

Ordinatum est, si quis rumpit uel anihilat uias, quod aquando, lignis uel quoquo modo id fiat, ille multetur quinque plapardis, semperque tenetur reficere. Demptum tamen si quis iura habuerit ad ducendum.

### 78. *Idem de vys*

Constitutum est, quod conuici teneantur renouare uias bis in anno, uidelicet primo vere nouo, secundo in aestate.

f. 41 v.

### 79. *Similiter de vys*

Constitutum est, quod namque nullus vicinus debeat aquam per uias ducere necque traducere uias (Zuncker) ullis in locis. Quodsi quae fuerint leuadae quae oportuerentur permanere, hinc debent illae leuadae cooperiri, uel tegi, sub poena unius floreni, quae poena detur muntadurs.

### 80. *Ludi prohibiti*

Constitutum est, quod nemo debet ludere maza in pago uel villa; et transgressores puniantur duobus crucer pro singula persona.

### 81. *Idem de ludo*

f. 42 Prohibitum est, ne quis permittat ludere sua in domo pro denarys, alysue de rebus. Quique permiserit ludere, ille multetur a communitate floreno uno.

### 82. *De hospitibus tabernarysue*

Constitutum est, quod tabernarius debet uinum suum dare per consilium aestimatorum vini, idque terrestris et alienigenis pro denarys promptis tamen. Quique non fecerit ruit plapardos decem.

---

<sup>29</sup> *rimplazzà tras* uel bos interdiu repertus . . .

Reseruatum tamen unam uel duas quartinas in aestimatione possunt dare; non ultra.

*83. Idem de tabernarys*

Statutum est, quod tabernary co[mmu]nitatis nostrae teneantur omni anno (f. 42 v.) quando ratio datur, uenire et per iuramentum rationem dare quid conuici consumpserint in eorum domibus, an etiam consumpserint nec ne.

*84. Idem de tabernarys*

Constitutum est si quando tabernary aliquas resbonas a uicinis sumpserint a debito, quae quidem resbonae fuerint venales, hinc primo uicinis porrigere debent.

*85. Idem de tabernarys*

Statutum est, quod omnes tabernary teneantur dare uicinis et alienigenis. Et vicini possunt soluere eorum re[s]bonis pro more statuti, dando duas partes resbonas, alteram autem partem denarios promptos, aestimatae (f. 43) resbonae conscientia duorum causidicorum communitatis iuris.

*86. Tabernary aut hospites pro uicinis iure agentibus promittant*

Ordinatum est quod hospites teneantur promittere pro uicinis litigantibus iure, tum communitatis, tum solucionis. Dando loco pignoris tot res bonas, si hospes credere noluerit.

*87. Hospites uinum non miscuant*

Constitutum est, quod hospites non debeant miscere uinum, excepta berillam uel butillam possunt imponere, non ultra. (f. 43 v.). Et hospites conuicis promittere coguntur data fide seruatueros. Si uero conuici non seruauerint, hinc sex illi tersalium uiri possunt conuicos multare tribus florenis.

88. *Aque conspersio uetitur die D. Johannis Baptistae*<sup>30</sup>

Vetitum est ne quis aquam die festo D. Johannis Baptistae spergat (squitta). Et transgressor punietur marca una.

89. *Termini communitatis ostendantur iuuenibus*

Constitutum est, quod conuici semper (f. 44) lapsis decem annis, teneantur eligere tres uiros pro loco, senes iuuenesque prout uisum fuerit, qui eant inspectum terminos, et confines co[mmu]nitatis.

90. *Placentae prohibentur die D. Joannis Baptistae*

Ordinatum est quod nullus debeat placentas (vaischlas) dare pastoribus die festo D. Joannis Baptistae.

91. *Edificantium domos sepes e. c. regula*

Constitutum est, quod quicumque uoluerit edificare edificium aliquod erga communem, uidelicet (f. 44 v.) muros, sepes, nisi prius terminatum fuerit, sub poena duarum marcarum.

92. *Tempore veris uaccae omnes e primeranis redeant*

Constitutum est quod tempore veris, quando vaccae e pratis exeunt, omnes e primeranis reuertantur unanimiter sub poena constituenda a communitate.

93. *Conuici nulli gratiam dabunt, ob aliquod factum, coram communitatem venire*

Ordinatum est quod conuici debeant seruare ipsi, aliosque similiter facere (f. 45) seruare statu[tu]m communis prout scriptum est. Nec gratiam ulli dare coram communitatem uenire, si namque vicinus aliquis molestauerit uel aggreuauerit sese ob aliquam sententiam a iure communitatis factam. Quodsi conuici hoc non seruauerint, hinc sex tersalium uiri possunt ipsos punire duabus marcis, quae poenat<sup>31</sup> sit communitatis.

<sup>30</sup> *in margine: sprützen.*

<sup>31</sup> *sbagl per poena?*

*94. Ducentium siliginem ultra Pontem altum regula*

Statutum est quod nullus nostrae communitatis vicinus, ducens siliginem ultra Pontem altum, venientem per iugum Fuderae, (f. 45 v.) minus crucer uno, pro singulo modio, et merenda una ei suoque iumento ducat, quique non seruauerit ille punietur a conuicis marca una, et illa multa sit communis.

*95. Equi, boues, porci, oues arcentur pratis*

Constitutum est, quod equi, oues, porci, boues tempore veris nusquam per prata ire debent.

*96. Omni tempore aquales in pratis possunt fieri*

Constitutum est quod unusquisque uicinus possit omni tempore anni in pratis facere.

f. 46 *97. Statuta et articulos seruare nolentium poena*

Ordinatum est, quod si quae foret persona nolens regere sese in omni modo forma articulisque ordinatis scriptisque, illa puniatur a communitate quociescumque transgrederetur quinque marcis.

*98. Non a iure communitatis alio retrahendum ob difficultatem horum articulorum*

Constitutum est, qualiscumque persona foret aut vicinus, qui se aggreueret in aliquibus punctis, articulis supra scriptis, (f. 46 v.) hinc ille cogitur uti iure communitatis, nec alterius retrahere e communitate; quique hoc non seruauerit, punietur quinque marcis semperque tamen obedire.

*99. Caprae in pascuis alpium non pasculentur*

Constitutum est, quod caprae in pascuis alpium non debeant ire, per totum annum, nisi quando vaccae sunt ex alpibus.

### 100. *Pauperum hospitatores*

Ordinatum est cum uoluntate vicinorum, (f. 47) quod quicumque uoluerit hospicium praebere pauperibus cuiuscumque tandem aetatis fuerint, illi possunt et debent tenere absque damno uicinorum. Quod si aliquis ceciderit in infirmitatem aliquam, tunc vicinus illum tenere debet domi suae absque damno vicinorum alliorum, nec ullum fastidium praebere vicinis.

### 101. *Cupientium recipi in vicinos solutio*

Constitutum est, quod nulli alienigeni uel aduenae possint uenire in Zernetz et ibi habitare (cassâr), absque uoluntate communitatis. Quodsi communitas receperit (f. 47 v.) ipsum receperit pro uicino, tunc aduena ille tenetur dare communitati rhenenses viginti<sup>32</sup> denarys promptis.

### 102. *Edificia ubi et quo prohibita edificare*

Constitutum est in co[mmu]nitate Zernetz, quod nulli vicini nullaue persona possit nec ualeat edificare ullum edificium in locis subscriptis. Primo a Ponte Spoly usque ad Crucem. Secundo a Ponte novo usque ad Pontem de Sassy. Tertio a Saxo sito interius domum Conradini Mor, usque ad Serram (f. 48) Molendinorum. Quique habuerint praedia in confinibus praefatis, ille non debet uendere pro solis (solams). Qui autem non seruauerit ut scriptum est, ille ruit communitati marcas uiginti, quociuscumque contrafactum fuerit, et poena ipsa sit per acquisitam; rectoresque communitatis una cum conuicis statim eam possunt exigere.

### 103. *Harena circa arcam Pontis noui prohibita*

Vetitum est, quod nullus debeat ullam harenam uel ligna accipere circa Pontis noui arcam. Et quicumque non seruauerit, ille punietur duabus marcis, et conuici possunt statim exigere.

---

<sup>32</sup> viginti *ais s-chassà e rimplazzà tras* decem.

f. 48 v.

*104. Multatorum officium*

Primo statutum est, anno 1555 die D. Martini, a sex tersalium uiris, quod muntadurs obligati sint custodire omnes bûûôs (?), et in aestimationem stare, prout et in aliorum bonorum aestimationem, in communitate namque.

*105. Idem de muntadurs*

Secundo ordinatum est, quod mun[ta]durs teneantur custodire uias. Item aquas quae ducuntur per uias, similiter et lapides quae in uijs proijciuntur.

*106. Itidem de muntadurs*

f. 49 Item ordinatum est, quod si quando muntadurs uoluerint exigere aliquas muntas, quodque causidici omnes non possint interesse, tunc non debeantur eligi noui causidici.

*107. Muntadurs de Braiel*

Statutum est quod muntadurs de Braiel teneantur stare in aestimatione a Ponte alto usque ad Pontem Clusae sicuti et muntadurs de Zernetz obligati sunt. Item sub aqualem communem et sub aqualem della Sella, et sub aqualem Cattmetz et aqualem inferiorem Muschnus idque bona fide.

f. 49 v.

*108. De muntadurs*

Constitutum est, si quando damnum aliquod fieret in aliquo loco, et quod patronus boni damnum suum faceret aestimare aduersus muntadurs, quodque illi nescierint quis damnum fecerit, possint tamen probare sufficienter per probum aliquem uirum factorem damni, hinc muntadurs non coguntur damnum soluere, neque in aestimatione permanere.

*109. Itidem de muntadurs*

f. 50 Similiter ordinatum est, quod muntadurs teneantur et sint obligati prouidere et custodire uniuersum pagum caussa ignium,



et hoc totum residuumque multare et castigare secundum statutum, et ire coram domibus vicinorum ac ab illis accipere multas pro more statuti, bona fide quodsi nesiverint sese conuenire caussa mulctarum, hinc possunt iure exigere et hoc debent exigere omni septimana; et si hoc non fecerint, tunc priuati sunt iuribus ipsorum.

*110. Asses loco mercaturae factae prohibitae*

f. 50 v. Ordinatum est, quod nullus vicinorum debeat ligna aut asses facere ad uendendum. Ac si alienigena aliquis uenerit, interrogaueritque, num venales essent, hinc uicinus ille non est obligatus dicere: «Vade ad conuicos et licentiam adipiscere. hinc tibi uendam.» Quodsi ita fuerit a vicino actum, hinc punietur ille a conuicis duabus marcis, absque ulla mora.

*111. Similiter de lignis et asseribus*

Constitutum est, quod nullus debeat asses et ulla ligna facere ad uendendum (f. 51) nisi prius mercatum fuerit<sup>33</sup> et si quis hoc non seruauerit, hinc conuici a uicino illo possunt exigere pro qualibet planta florenum unum.

*112. Itidem de lignis asserum*

Simili modo prohibitum est, ne quis ligna asserum, sine effectione, verum unusquisque cogitur ea effacere spacio octo dierum. Si autem non effecerit, hinc alius uicinus ueniens potest ipsa accipere et ea effacere absque aliqua contradictione ullius personae. Quique hoc non seruauerit, hinc ruit crucer 32, et conuici coguntur eos statim exigere.

f. 51 v.

*113. De calce*

Constitutum est, quod si quis fecerit fornaces calcarias in Selva, Platz Körf et intus ad Hortum, tunc horum locorum calx non debet vendi e communitate. Illi autem qui in co[m]munitate vendere uouerint, illi ipsi tenentur dare modium unum pro undecim firentis cum dimidio.

<sup>33</sup> *aggiunta posteriura sur la lingia: sique gratia data.*

114. *Similiter de calce*

Qui autem calcem facere uoluerint ad uendendum, illi tenentur facere in locis subscriptis. Interius Traversam viae Laschaduræ. Interius Uallem Arschitsch et in Calkeris superioribus ulterius semitam.

f. 52      115. *Prohibentur et aliae res e communitate uendi*

A rectoribus communitatis prohibitum est, ne quis e communitate vendat calcem, carbones, ligna, asses, vadungha, et quicumque transgressus fuerit multetur tribus marcis, quas conuici exigere coguntur et poena illa sit communitatis.

116. *Lis orta caussa alpium vaccarum a quibus disponatur aut iudicetur*

Constitutum est, si quando lis aliqua oriatur, tempore quo uaccae ad alpem ponuntur, hinc lis illa uel discordia debet iudicari inter uicinos unius tersalis parvi<sup>34</sup> (f. 52 v.) a iure communis electo die D. Martini. Reseruatum tamen, si quis caussa consanguinitatis non possit sedere, hinc loco illius alius eligatur causidicus.

117. *Itidem de eadem re*

Constitutum est a rectoribus communitatis cum uoluntate vicinorum: quod quicumque vicinus foret qui indigeret iure, tempore quo uaccae ponuntur ad alpem, tunc vicinus ille debet et tenetur ius soluere, sine ullo damno communitatis. Si autem conuici hoc non fecerint seruare, hinc sex illi tersalium uiri possunt conuicos multare tribus marcis.

f. 53      118. *Eligentium ius solutionis solucio*

Ordinatum est, quod sex tersalium uiri, qui a tersalibus eliguntur die D. Martini, possint etiam eligere, euntes ad eligendum iudicem et causidicos statuti i. e. criminalis. Similiter et eos qui eligunt ius solutionis, quibus uiris nulla alia solucio debet dari a magistro aerary nisi quatuor crucer.

<sup>34</sup> *laschè lö per ün o duos plets.*

119. *De nuncys dierum communitatis*

f. 53 v. Constitutum est, quod nuncy qui mittuntur ad dies communitatum, in iurisdictionem, uel etiam extra iurisdictionem, quod sane illi ipsi nuncy nihil praesumant sibi facere ullos articulos novos sine scientia et uoluntate co[mmu]nitatis: et si nuncy hoc non seruaerint, hinc ruunt quociuscumque transgressi fuerint rhenenses viginti. Quae mulcta potest exigi co[mmu]nitatis iure. Cogitur et obligatus est ille articulo, quos sine uoluntate communis intexuit, denuo suis damnis et expensis detexere (trär larg), sine ullo damno communis. Similiter et communitas potest cogere ut id faciat, iure co[mmu]nitatis.

f. 54

120. *Nuncy dierum nullum debitum relinquunt, et quam primum redierint rationem dabunt fasti et expensarum*

Constitutum est, quod nuncy qui mittuntur in dies communitatum, teneantur omnes expensas quas fecerint suis nummis soluere nec ullum debitum relinquere, et quam primum ille reversus fuerit domum, tunc tenetur rationem dare conuicis expensarum suarum, itemque communitati, si quid noui fuerit actum. Ac conuici tenentur ipsis dare quod sumpserint. Si uero nuncius rationem expensarum statim non dederit, tunc conuici non sunt obligati ulterius expensas soluere.

f. 54 v.

121. *Quo pacto prata agrique colendi*

Ordinatum est cum uoluntate omnium uicinatorum Zernetz et Braiel, quod unusquisque uicinus possit annum fimare prata, alterum agros, et sic procedat ordo. Quique transgressus fuerit puniatur tribus marcis. Item loco uicinatorum Braiel interfuere Jeorgius Johannis Zeth, Thomasinus et Dominicus Zappa, agentes nomine et autoritate uicinatorum Braiel.

Item prata tantummodo semel pro fruga sunt fimanda, quique transgreditur (f. 55) castigetur floreno uno, quem florenum muntadurs possunt exigere.

### 122. *De coquinis*

Constitutum est anno domini 1561 die circumcisionis, quod unusquisque vicinus teneatur coquinam unam cameratam (uoutta) facere, hinc ad quindecimum diem mensis Juny anni proxime subsequentis: si autem quispiam non fecerit, ille punietur quinque marcis. Et uetabitur porro ullum ignem in ea domo facere. Quam poenam exactor communis teneatur exigere.

f. 55 v.

### 123. *Regula eorum quibus communitas soluere debet*

Constitutum est, quod unusquisque vicinus in communitate habens exigere aliquid a communitate, ille tenetur id exigere in ipso anno. Si autem non fecerit, hinc ille priuatur suis iuribus.<sup>35</sup>

### 124. *Aqua in ordinem posita, quamdiu permanere debeat*

Anno domini 1561 die Juny mensis 15 a rectoribus (cum uoluntate omnium vicinorum) co[m]munitatis constitutum est, quod: quando aqua uel (f. 56) aqualis aliquis in ordinem positus est, uisus simul et reuisus, ille inquam aqualis sic permanere debet immotus ad annos viginti subsequentes. Hac tamen lege: si qui fuerint in sua sorte uel parte, uolentes eorum diuidere partem, quod possint eorum proprijs expensis et damnis. Quodsi plures fuerint, cupientes totum aqualem cogere in distributionem, quod et illi possint, tamen proprijs eorum damnis et expensis, sine ullo damno aliorum uicinorum pertinentium ad dictum aqualem.

### 125. *Decreta anni 1563*

f. 56 v. Anno domini 1563 die primo Nouembris Inditione sexta. Sex tersalium uiri die festo D. Martini anni 1562 electi uidelicet Joannes Josephi Lucy senior, Andreas Conradini Jecomatsch, Anthonius Joannis Ursy, Simon Planta, Joannes Friderici, hosse subsequentes articulos ordinarunt, qui omnes ab uniuersis uicinis sunt suscepti: hoc pacto quod conuici teneantur facere seruare sub poena quinque marcarum, quodsi supradicti conuici non praestiterint, ut

<sup>35</sup> *quaist inter chapitel ais s-chassà.*

unusquisque tersalis obligatus sit eligere uirum unum, qui viri puniant convicos, pro poena illa, ex proprijs eorum bonis, non ex bonis communitatis.

#### *126. Quid unus quisque aestuare et e contra*

f. 57 Primo statuerunt et ordinarunt sub poena suprascripta, quod nemo possit, ualeat, nec debeat post Natalem Christi nullum pecus, nec armentum emere, nec adducere, et in aestate in pascua publica emittere, vulgariter nun stadiär, excepto emere quisque bouem unum potest tempore ueris. Alioquin quicquid hibernauerit potest aestuare (stadiär), et quod hibernare uolet, ante Christi Natalem habere debet.

Item si quis bouem unum dederit ad hibernandum, tunc bos ille sit loco illius bouis emendi.

#### *127. De capris et quod quisque aestuare possit*

f. 57 v. Secundo ordinarunt quod nulla resfamiliaris (massaria) debet tenere et habere ultra quinque capras. Quodsi inueniretur in refamiliari unica persona, ut illa non possit nec ualeat habere ultra duas capras, et hoc obseruari debet sub poena suprasc[ri]pta.

#### *128. Folia prohibita*

Constitutum est: quod nullus uicinus in communitate Zernetz et Braiel debeat folia facere (far fölghia) ante festum diem D. Mariae Septembris sub poena unius marcae.<sup>36</sup>

#### *129. Huius articuli confirmatio*

f. 58 Ordinatum est sub poena trium marcarum, quod statutum illud seu articulus antea ordinatus de folys suo in vigore et valore esse debeat.

#### *130. Statuta anni 1563*

Anno domini 1563 die D. Martini sex illi tersalium uiri uidelicet nobilis dominus Balthesarus Planta, dux arcis Furstenburgy, Jacobus

<sup>36</sup> sub poena unius marcae *ais s-chassà*.



del Nair, Jacobus Betschla, Nicolaus Cristel, Lucius Nutt Euae, Jacobus Joannis Jacobi, hosce articulos statuerunt.

*131. Mulctae cuius sint et quo pacto puniendi vicini*

Primo ordinarunt, quod quilibet qui punitur (f. 58 v.) debet punire iuxta statutum communis in omnibus et singulis articulis, tali modo et forma quod fallae debeant esse communitatis si excesserint quinque plapardos, prout et antea constitutum fuerat. Quodsi quinque tantum fuerint aut infra quinque plapardos, debent esse conuicorum et rectorum co[mmu]nitatis. Et illae fallae inscribi debent, ac muntadurs aut conuici obligati sunt postulare ab eo qui erravit, quodsi nollet dare, ut tunc iuridice exigere debent conuici et muntadurs, et illorum praemium esse debet ut iuratorum, ipseque qui erravit soluere omnia debet. Et ius obligatum est punire omnia et in omnibus secundum statutum, quodsi reperiretur illos non observare et punire secundum statutum, ut tunc (f. 59) sex tersalium uiri possint conuicos et iuridicos punire prout uisum fuerit.

*132. Conuici obligati rationem dare de fallis*

Ordinatum item est, quod die primo Callendis Nouembris conuici obligati sint rationem reddere sex tersalium uiris de fallis; quodsi ambiguum foret illos non de omnibus fallis rationem dedisse, quod tunc duo e sex tersalium uiris obligati sint ire de domo in domum et a singulis scrutari quid quilibet punitus sit, et quod inuentum fuerit, ut tunc conuici semper eo die peccuniam promptam dare debent, et si inuentum fuisset non iuste rationem dedisse, tunc conuici puniantur a sex uiris. Item a Calendis Nouembris (f. 59 v.) ipsi conuici neminem punire debent de praeterito: quodsi erraretur a Callendis Nouembris ut puniant.

*133. Conuici non debent muntadurs cogere ut dent rationem de muntis*

Ulterius pronunciatum est, quod muntadurs in fallis et muntis paruis debent accipere mulctam in domo, nec conuici illos cogere debent coram ius venire et rationem reddere, aut punire quod non rationem reddiderint.



*133b. Regula praescripta vicinis, causa temporis uespertini aut nocturni*

f. 60 Item constitutum est, quod tempore uespertino in hospicys, quamprimum hospes mensam parat, siue pro extraneis, seu terrenis, ut quicumque adfuerint vicini, ut surgant, atque abeant, quodsi quis non discederet, ut muntadurs illum puniant 8 crucer pro singulis vicibus, et illi crucer sint illorum, quodsi non punirent ut rectores communitatis illos puniant muntadurs, quodsi non punirent, ut sex viri puniant rectores communis.

*134. De seruis alpium et eorum mercede*

Constitutum est, quod namque articulus ille de mercede servorum alpium (sanguns) (f. 60 v.) in iurisdictionis statuto scriptus, suo in uigore roboreque permanere debeat, nec a quoque praetergredi, quodsi quis repertus fuerit praetergredi statutum, ille puniatur poena prout est imposta. 9 rhenenses dentur soing.<sup>37</sup>

*135. Similiter de pastoribus alpium*

Constitutum est, quod nulli vicini debeant servis alpium mercedem illorum dare antequam sint meriti. Quicumque autem reperiuntur praetergredi, illi multentur tribus marcis. Et conuici coguntur eas exigere, quae sint communitatis. Item serui alpium ullo tempore ab alpibus (f. 61) discedere debent, sub poena praefata.

Pastori alpium datur crucer 1 pro (?) testone (?) uno. Nec ullum praeterea donum. quique labitur punitur . . (?) 10 crucer (?).<sup>38</sup>  
f. 61 v. ais vöd.

f. 62 <sup>39</sup>Anno 1580 die vigesimo Novembris legati totius communitatis Zernetzy congregati hosse inscriptos articulos ordinauerunt cum authoritate et litentia omnium.

---

<sup>37</sup> *agiunt cun otra tinta.*

<sup>38</sup> *da Pastori fin punitur agiunt dad oter man. I sguondan amo var duos pleds na legibels.*

<sup>39</sup> f. 62 fin 63 v. agiunt dal medem man sco l'agiunta sün f. 39.

### 136. *Bona non nisi pro ne[cessita]tem emenda*

Primo statuerunt, quod nullus hinc (?) vicinusue iurisdictionis nulla bona, vulgariter roba, emere aut comparare debeant, nisi pro necessitate suae domus, et pro alio uicino emere interdictum est, siligo, hordeum, caseus, butirus, pecus, fenum, stramen omniaque huiusmodi bona.

### 137. *Interpretem agere vetitum*

Cautum est etiam, ne quis interpretis fungatur officii (tholmetsch) neque pro domestico neque pro extraneo, his autem non obediens neque servans poena sit quatuor marcharum, quae enim communitati (f. 62 v.) pertinet ubi colligitur (?). Quodsi obedire quispiam nollet pro poena, tunc communitas illa potest in auxilium adhibere iudicem damnis et expensis illius qui obedientiam prestare noluerit.

Tertio ordinatum est, si quis extaret cui bona suprascripta venalia essent, primo teneatur atque obligatus sit exhibere et porrigere primo suae communitatis conuicis, et per octidium (?) morem trahat expectatue quodsi conuici aut vicini non indiguerint nec emere voluerint; ab eo uendere potest cuicumque voluerit in iurisdictione aut extra.

### 138. *Frumentum quando vendendum*

Quarto constitutum est: ne quis hordeum aut siliginem vendat extraneis aut extra communitatem (f. 63) ad festum usque sancti Georgy. Illeque qui uenale habet uendat consilio proborum hominum ratione habita anni si inter ipsos non conuenerint.

### 139. *Foenum stramenque*

Quinto ordinatum est si cui fenum aut stramen uenale fuerit, ut is obligatus sit porrigere atque exhibere, primo conuicis communitatis penes quos sit intra spatium quindecim dierum emendi aut non. Illis elapsis diebus vas<sup>40</sup> esto illi qui incipit venale cuicumque voluerit, vendendi ab alienandique ad animi placitum.

<sup>40</sup> *forsa da leger fas.*

#### *140. Pulmentum indigentibus dandum*

Sexto, si qui forens mercatores nostrae iurisdictionis, quibus caseus aut butirum foret, ultra necessitatem domum suarum, utque obligati sint teneaturque, dare vicinis communitatibus indigenti.

f. 63 v.

#### *141. Fides libera*

Permissum quoque atque concessum est unicuique credere, pro ut quisque diuino affatu fuerit instinctus.

Justity dies omnibus aequales statutum est atque indiu iuris criminalis interdictum ne a quocumque exigat, cum ius civile denuntiatum clausumue est exigendi. Nihilo secuis (?) tamen, punire potest semper omni tempore cum ei visum fuerit, pro ut statuto continetur.

## Trastüt da comün da Zernetz

fat et schantad giu dallg illustrischem signur cavallier  
Ruodolph Planta, lg nöbal mastral Peidar Liun, et mastral  
Chiaspar Bettschla, et Albert Sar Arart, et da Jachian  
Michieil, nuder dallg Commün da Zernetz.

Dancoef scritt giu in üttal et servezzan dallg magnifico et bain  
schmad etc. tras mai Peidar dell Nonn da Zernetz

Anno 1664.

Leges sine executione, ut campanæ sine pistillo

### p. 9 *1. Regula dals bavuns da tuot lg commün da Cernetz infinna in Puntota*

Bawun ün in Rasto in lg Pra dallas Jbladas, tras quell bawun  
pon ir la prada chi staun par löngk infinna lg Doess Nossa Duona,  
que ais lg pra dalla Baseilgia, chi va our in l'ova et la prada spæra  
l'owa sü contra la punt.

Ün ottar bawun in Rasto in lg Pra dallg Segniar da Razünn,  
davo chia Dumeing Jonn Jachian, trass quell waun la prada sur  
lg chiaunt infinna lg pra Sar Jonn Gudengk.

Ün bawun spæra la chiæsa Balthisar Tschurletta, et qua trass  
ponn ir cun früja et cun grascha tuotta prada infinna lg pra da  
l'hierta Peidar dell Nonn chi ais stad da Lüzi dell Nonn, et infinna  
l'owa d'Spœlg.

Item tuotts lgs ærs ponn ir qua trass chi tuochian Rasto, impero  
sün lg mendar donn, usche bod chi pon gnir à via comüna.

p. 10 Ultra tuotts lgs ærs infinna lg ær Gudeng Valantinn pon  
eir ir qua trass.

Bawun ün in Sax spæra chia Nuott Rangistal, quatrass pon ir  
tuotta la prada da Sax infinna lg pra da l'Hierta Peidar dell Nonn,  
et tuott quells ærs chi sun Dawo Rœwan suott lg chiaunt.

Bawun ün spæra la chiæsa Nuott dell Nonn, trass quell denn  
lgs ærs sur lg Chiaunt da Sax, et lgs ærs d'Clüs, infinna lg ær da  
la Baseilgia, et lgs otters ærs.

Bawun spæra la tuorr dalg illustrischem signur cawalier Ro-  
dolph Planta, aqua va trass la prada d'Urtasch, ls ærs d'Clüss chi  
vaun oura par löngk et lg ær(s) Losch.

Bavun ün in Palü sur chia Jachian da Tschonder, aqua trass wa tuotta la Prada d'Pallü.

Bavun ün in Pralœng trass lg pra da Lüzi Cuons, trass quell vaun la prada et lgs ærs infinna la muschna, cun lg ær Bastiaun da Lgiünna, lg ær dalls Flurin Tœn Toutsch, lg ær dalls Fadri Paclinnas. Item ls ærs chi tuochian Vallatscha.

Bavun ün in Ajatell trass lg Pra da l'hierta mastrall Tschorsch, trass quell waun la prada & ls ærs da Aietell, item ls ærs Tscheschna dadaint la muschna et ls ærs et la prada d'Pley.

p. 11 Bawun lg pra dall mullin da Jonuors, quattras va la prada suott via in Pra da Punt.

Bawun ün in Chiampatsch in la Sglioula in lg pra Jachian Tschorsch.

Bavun ottar in Chiampatsch trass la via sur lg Chiaunt, qua trass ponn ir la prada cun lgs ærs chi staun wia par trawiers.

Bavuns ottars in Chiampatsch(s). Tuotta la prada d'Chiampatsch incuntar Mantelg dessan ir sün lg mendar donn usche bod chi ponn à via commüna.

Item ün Bavunn in Muglinè in lg pra dalla Baselgia, trass quell dess ir tuotta la prada d'Muglinè survia.

Bavun ün Suott Punt in lg pra Mastral Peidar Tschonder<sup>1</sup> Liun, trass quell vaun la prada suott Punt cun lg bain dals Tschonders infinna lg chiaunt dalla via d'Cull.

Item la prada et lgs ærs d'Cull haun ünna via spæra lg ær da mastral Nuott Pitschen Sararart trass la Genna d'Cull et l'Isla d'Cull.

Ün bawun in Schfundrà spæra la chiæsa da Tœni Zanett, qua trass vaun tuott lgs ærs d'Schfundrà.

Bawun in Valainas giu somm lg ær da l'hierta da Jonn Pitschen, qua tras vaun lgs ærs d'Valainas, lgs ærs da Joseph Jonn Marck, infinna in lg ær da Jachian Flurin.

p. 12 Item lgs ærs suott vich dalls ærs Nuott Tumasch, infinna in lg ær Curadin Sar Jonn, et infinna lg pra da Nuott Jousch chi tuochia lg ær da mastral Jachian Tschortsch. Item lg ær chi ais statt da mastral Jachian Tschortsch welg da Curadin Mor, et quell da l'hierta da Jachian Valantin in Valainas haun quell Bavun pajond;

---

<sup>1</sup> Tschonder ais strichà tras.

lg quall pajamaint Jonn Pitschen Gudeng ha retschvü in daners bluotts.

Ün otter bawun in Quadras trass lg ær Sar Josue Salasch, qua trass po ir lg ær chi ais stad dalg barmœr Peidar Valantinn infinna lg ær stad da Jachian Flurinn, lg ær dallg barmœr Clo Cuontz infinna lg chiaunt d'Quadras sur lgs ærs d'Vallainas.

Item ün ær spæra chia Matthia da Peidar dell Nonn, quatrass ponn ir lgs ærs chi staun giu par löeng cun lg ær da Jachian Flurinn.

Bawun spæra la chia da l'hierta Nuott Schimun in Curtins, quatrass vaun lgs ærs d'Curtinns infinna lg ær Jachian Flurinn. Item lgs ærs Suottvia, numnadamaing lg ær Menn Dawidt, lg ær Nuott Launtsch, et lg ær mastral Jachian Tschortsch haun qua bawun.

